UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Æstas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Visual Library

I S O C A E D R U M.

A Q U A. Cap. XXIV.



AQUAM vero Iſocaëdri figuram tenere dixerunt. Eſt autem Iſocaëdrum, Euclide authore, figura ſolida, quæ viginti triangulis æqualibus & æqualium laterum, continetur: propterea quod aqua ſua natura mobilis ſit, & diviſioni flexuiq; perfacilis. His quoque figuris ipſam elementorum ad invicem proportionem indicare voluerunt, quæ ex baſium ſive laterum & angulorum numero colligitur. Octaëdri enim ad Pyramidem eſt proportio dupla in lateribus, in angulis ſolidis ſeſquialtera, in planis vero dupla: ex quibus proportionibus fit harmonia duplices diapaſon & diapente: Pyramidis vero ad cubum in lateribus ſeſquialtera proportio, in angulis vero dupla, ex quibus diapaſon iterum & diapente. Cubi ad Iſocaëdrum in lateribus proportio eſt tripla ſeſquitertia, in angulis ſeſquialtera, unde diapaſon, diapente & diateſſaron in baſibus, in angulis vero diapente. Iſocaëdri vero ad Octaëdrum in baſibus dupla ſeſquialtera, in angulis autem dupla, unde diapaſon & diapente in baſibus: in angulis vero iterum diapaſon conſurgit, quæ proportiones, & harmoniæ pariter & in elementis per has figuras ſignificatis eſſe traduntur.

Huc ſpectant quatuor anni tempeſtates ab Ovidio lib. 1. Met. exſcriptæ. extat ver tepidum cinctum florente corona. Stabat nuda Æſtas & ſpicea ſerta gerebat.

Stabat & Autumnus calcatis ſordibus uvis, Et glacialis Hyems canos hirſuta capillos.

V E R.

Æ S T A S.

V E R. Cap. XXV.

CISTA florum, authore Euſebio, Ver ſignificat: quia vere cuncta floreſcunt.

Æ S T A S. Cap. XXVI.

CISTA ſpicis referta, eodem Euſebio teſte, Æſtatem denotat: quod æſtate ſegetes & ſpicæ demetantur.

AUTU-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN